



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Phocas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

DE PHOCA. CAP. XIX.

PHocas fluvialis addetur Equo, cui similiter vita in aqua & in terra communis: eam nos Vitulum Vel à mugē tu quem e- dis, Plin. l. 9. cap. 23. marinum, à specie tergoris instar Bouum vilosi, nuncupamus.

SOMNICULOSUS. CAP. XX.

Superfluum vero esse videtur rationem afferre, cur somniculosus homo per simulacrum ejus exprimeretur, cum de profundo ejus somno diuturnaq; authoribus veteris notitate tam multa passim à Græcis Latinisq; authoribus memoriæ prodita reperiantur: quo scilicet pacto *sternunt se somno di-* Quod scilicet spirant & dormiūt in terra, & penna ejusdem soporiferi dicitur. Plin. lib. 9. c. 23.

INFORTUNII MAGNI TUTELA. CAP. XXI.

ID potius referam, quod hominem ita res suas procurantem, & adversus pericula auxilia disponen- penna ejusdem soporiferi dicitur. Plin. lib. 9. c. 23. tem, ut à quocumq; vel maximo infortunio tutus habeatur, significare qui volunt, eum Phocæ co- Plin. lib. 9. c. 23. tantaq; mortalium id persuasione receptum, ut vulgo cingula ex ejusmodi corio comparentur, quæ Georg. l. 4. infortuniorum illiusmodi amuletum esse creduntur. Veteres autem calamitates à potentioribus illatas, fulminum jactibus æquiparare soliti sunt. Et fulminare dicuntur Reges, cum quid in alicujus perditionem moliantur. Sic, *Cæsar ad altum fulminat Euphratem*, apud Maronem legas: apud Ovidi- Georg. l. 4. um vero, se totiens Augusti fulmine petiitum.

URINATOR. CAP. XXII.

URinatorem etiam hominem per animal hujusmodi significare mos fuit, quando in sicco genitum nullum hoc magis undis ex disciplina soleat assueferi. Pariunt enim in continenti Phocæ, pauloq; post catulos educunt, ut mari assuecant, & evestigio reducant: idq; sæpius faciunt usquequo paulatim consuecant maris contubernium non aspernari.

DE MURÆNA. CAP. XXIII.

Muræna quoq; in siccum exit: & terrestrium commercio delectatur. Quid vero hinc significetur, videamus,

ALIENIGENARUM PORCUS. CAP. XXIV.

PER hanc piscam Ægyptii Sacerdotes hominem alienigenarum concubitum appetentem, exter- Plin. l. 37. c. 2. hæc omnia. nisve matrimonio copulatum intelligebant: siquidem hæc ut Licinius Macer tradit, femine tantum sexus est ideoq; de mari egressa Serpentibus copulatur, atq; inde concipit, ob id sibi à piscatoribus tamquam Serpentibus evocari & capi: Aristoteles tamen, utpote qui Murænam marem agnoscit, uti suus in plerisq; hujusmodi mos est, hoc negat, tamen in terram prodire, atq; ibi sæpe capi, non inficiatur, quamvis Andreas Phisicus, qui Nicandro glossemata quædam subjecit, totum id mendacium esse profitetur, & neq; Murænas in continentem prodire, neque Viperis per littora committeri contendit. Attamen cum Ægyptiis Archelaus id afferit pro comperto, neq; dissimulat Nicander, qui piscatores ait, quamprimum Murænas in continentem exire conspexerint, metu perculsos in mare statim se demergere, quo se ab Viperarum ictu tueantur. Hoc idem D. Ambrosius in Hexamero, Basilium Magnum setutus, affirmat.

MORES CONJUGIS FERENDI. CAP.

Viperis enim ait sibi Murænas evocari, idq; perinde ac si hieroglyphicum esset interpretatur: Plin. lib. 27. c. 12. id scilicet ex hoc innui, ut mulier admoneatur, ferendos esse mariti mores, sit licet fallax, asper, c. 12. inconditus, temulentus, lubricus, multaq; in hanc sententiam.

ADULTERIUM. CAP. XXVI.

Basilium ex hoc congressu, Anguis & Muræne adulterium interpretari videtur: admonet enim eos qui nuptiis insidiantur alienis, discant cuinam feræ, cui reptili sint similes, cum naturæ quoddam adulterium Viperæ Muræneque conjunctio videatur: atque huc potius respicit Ægyptiorum hieroglyphicum. Quare minime mirum si Crassus, vir satis impurus, Murænam miræ docili-